

Brześć [Kujawski], 27 kwietnia 1420

Król Władysław [Jagiello] pisze do króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta [Luksemburskiego] w sprawie wydanego przezeń [wyroku wrocławskiego z 6 stycznia 1420] w sporze króla, wielkiego księcia litewskiego Witolda [Kiejstutowicza] ich poddanych i sojuszników [z zakonem krzyżackim]. Uważa go za nadmiernie uciążliwy dla niego i wymagający poprawy. W tej sprawie wysłał do adresata swoich posłów, którzy po powrocie poinformowali go zamiarach [Zygmunta] przysłania do niego i do [wielkiego] mistrza zakonu krzyżackiego poselstwa, które miało przybyć podczas Wielkiego Postu, jednak dotąd się nie pojawiło. Krzyżacy tymczasem naruszają postanowienia wyroku: nie wypłacili posłom króla należnej mu sumy we florenach węgierskiej, wójt nowomarchijski [Sander von Machwitz] zniszczył dobra poddanych księżnej słupskiej Zofii, wdowy po księciu słupskim Bogusławie [VIII], który zawsze był stroną układów zawieranych przez króla, nie zburzyli młyna w Lubiczu, zamknęli niektóre drogi dla poddanych królewskich, utrudniając również podróże rzekami, nałożyli na nich nowe cła i podatki. Wspomniane naruszenia wyroku powinny zatem spowodować nałożenie na nich stosownych kar. Prosi adresata o rychłą odpowiedź.

Kop.: GSPK, XX. HA, 3152/3153, pap., łac., 224 × 298 mm, zaplamienia, stara sygnatura, in dorso pod tekstem ceduły notatka ręką z pierwszej ćwierci XV w.: Nota | Polonie.

Wyd.: CDL, s. 262–264.

Reg.: CEV, nr 867; RHD 1, nr 3152/3153.

Uw.: W tej samej kopercie archiwalnej znajduje się tłumaczenie listu królewskiego na język niem. (bez ceduły).

Nagłówek: ^aCopia littere capitalis.

^bSerenissimo principi domino Sigismundo Dei gracia Romanorum regi, semper augusto, et | Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regi¹, illustrissimo fratri nostro carissimo, Wladislaus eadem | gracia rex Polonie Lyttwanieque princeps supremus [et heres^c] Russie, salutem et fraterne caritatis continuum in|crementum! Serenissime princeps, frater noster carissime! Cum nos et illustrem fratrem nostrum carissimum, dominum Wytoudum magnum ducem Lyttwanie², subditos et coadiutores nostros pronuncciationis vestre exasperaverat gravitas, ut opem reformationis ipsius querere cogeremur, ad conspectum fraternitatis vestre ambaxiatores et nuncios nostros vicibus repetitis direximus, per quorum oracula iussimus fraternitatem vestram flagitare, ut tam dire pronuncciationis decreta, que nobis onus importabile prestiterunt et occasionem magnam de pristinis fervoribus caritatis diffidendi^d, dignaretur fraternitas vestra moderamine reformare meliori, prout tunc fraternitas vestra ad hoc nostris movebatur instanciis et spondebat dicte pronuncciationis gravitatem moderari, et tanta appendente equitate, ut possemus sine multo gravamine districcionem eius amplecti. Cuius rei hactenus fuimus spe recreate, nec in presens de eisdem oblacionibus desperamus, cumque hac fiducia armaremur pronuncciationis vestre salvis nobis oportunitis remediis paruumus decretis, et ne quippiam reprehensibile in nobis remaneat. Pridie super festum beati Georgii martiris [s] [22 kwietnia 1420], in quo nobis velud in termino prefixo certa summa florenorum Hungaricalium vel ducatorum dumtaxat, sicut eiusdem pronuncciationis vestre fatetur et edictum, magister³ et Ordo Cruciferorum solvere debuerunt veluti, eciam ad hoc ipsum nos commendator Thoranensis⁴ [s] ante parumper requisivit. Nuncios nostros notabiles in Thoran [s], quem ad hoc locum nobis prefatus commendator deputavit cum mandato plenissimo direximus, quibus ibi venientibus et dictum commendatorem super solutione huiusmodi debitis modis requirentibus, ipsam tali modo et taliter, quemadmodum vestra dictavit sententia, reportare nequiverunt, sicque vacui ad nos

sunt reversi, solucione non obtenta aliquali. Quomodo igitur aliorum, que maioris estimacionis pondus habent, prefate sentencie decretorum execucionem ab ipsis sperare potuerimus, ex quo nobis de minimis respondere noluerunt. Quinymmo iam multis modis preter hec illa decreta offenderunt. Nuper enim bona vasallorum inclite sororis nostre <carissime^e>, domine Sophie consortis olim ducis Stolpensis Boguslai⁵, quos semper et bona ipsorum predicta omnibus treugis, concordiiis et federibus nostris inclusimus, advocatus Nove Marchie⁶ incendiis devastavit. Similiter et navigia quedam et |transitus| quosdam viarum transitus, que libere apperire debuerunt hucusque conclusa observare non formidant et aliis iam non paucis modis pronuncciacioni vestre, si reducantur ad publicum et debite appensantur, derogarunt. Hec itaque fraternitati vestre significamus, ut possimus apud freternitatem vestram, si que nobis per quempiam objecta fuerint, tucius excusare, sicque fraternitas vestra hiis valeat providere, ut optata ex eis |d| pacis dulceda resultaret. Datum in Bresth⁷ sabbato proxima post festum beati Marci ewangeliste anno Domini M^oCCCC^{mo} vigesimo.

[in dorso nagłówek]: Copia cedula.

^fPreterea frater carissime per reverendum in Christo patrem dominum Albertum episcopum Cracouiensem⁸ et Sbigneum Regni nostri marschalkum⁹ ambaxiatores et alios nuncios nostros priores fraternitatem vestram petimus, ut illius pronuncciacioni vestre contra nos et fratrem nostrum, dominum Wytoudum, magnum ducem Lyttwanie, late gravitatem placuisset temperare, qui ad nos reversi oblacionem fraternitatis vestre nobis retulerunt, quomodo fraternitas vestra ambaxiatores suos ad magistrum et Ordinem Cruciferorum e vestigio super reformatione huiusmodi pronuncciacioni dirigere decrevisset, qui ad huc quadragesimali tempore principaliter nos et demum magistrum predictum accedere debuerunt, de quibus hactenus nulla offertur nobis certitudo et interim nobis cum equanimitate animi relacionem expectantibus, magna dampna ab Ordine pretulimus. Nam in multis articulis pronuncciacioni vestre violaverunt decreta, ex quo penas promulgatas in huiusmodi pronuncciacione incurrerunt. Et primum bona vasallorum inclite sororis nostre, domine Sophie consortis felicis memorie domini Buguslai ducis Stolpensis, quos semper <nostris^g> concordiiis, pactis et federibus, quocienscumque ipsa cum Ordine contraximus, inclusimus, advocatus Nove Marchie ignis gravi incendio devastavit. Deinde de solucione pecuniarum, ad quam nobis vestra predicta |sentencia| dictavit sentencia, super festum sancti Georgii nunc elapsum [22 kwietnia 1420] facienda fuere astricti, respondere negaverunt. Tandem navigia quedam et transitus quosdam viarum, que iussu eiusdem sentencie dudum apperire debuerunt, hucusque concluderunt. Similiter nova thelonia et dacias insolitas hominibus nostris, quocienscumque ipsos ad loca eorum ducit intrare neccesitas imponunt et sine pietate extorquent. Demum molendinum in Lubitz¹⁰, quod post menses a die late sentencie deponere et demolire debuerunt, usque modo remanet intactum et in aliis prefate sentencie disctriccionem contempserunt, quam nos pro <modo^h> nobis imposito, ne quidquam nobis posset imputare servavimus. Ex quibus tociens penas censentur subisse et pensata veritate, quocienscumque se illis reddiderunt contemptores. Dignetur go [s]ⁱ fraternitas vestra horum nostrorum dare nobis responsa avisamentorum, |et| ut longa expectatione protelacio tantisper nos dilacionibus non suspendat, sed cominus de vestra faciat voluntate cerciores.

^a Inicjał wysokości ok. 2 wersów.

^b Inicjał wysokości ok. 12 wersów.

^c Brak kop., uzupełnione.

^d Tak kop., zapewne brakuje tu części tekstu pominiętej przez kopistę.

^e Dopisane na prawym marginesie ze znakiem wstawienia.

^f Inicjał wysokości ok. 6 wersów, wysunięty na lewy margines.

^g Nadpisane ze znakiem wstawienia.

^h Nadpisane ze znakiem wstawienia.

ⁱ Tak kop., zapewne zamiast igitur.

¹ Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, książę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

² Witold Kiejstutowicz, syn księcia trockiego i wielkiego księcia litewskiego Kiejstuta, książę grodzieński, brzeski, suraski, drohiczyński, wołkowyski, kamieniecki, 1392–1401 namiestnik króla Władysława Jagiełły na Litwie 1392–1401, potem wielki książę litewski, zm. 1430 (J. Nikodem, *Witolda wielki książę litewski (1354 lub 1355 – 27 października 1430)*, Kraków 2013, tam zebrana starsza literatura przedmiotu).

³ Michał Kuchmeister von Sternberg, wójt Nowej Marchii 1410, wielki marszałek 1411–1414, wielki mistrz 1414–1422, komtur gniewski 1422, zm. 1423 (W. Nöbel, *Michael Kuchmeister. Hochmeister des Deutschen Ordens 1414–1422*, Marburg 1969; *Hochmeister*, s. 119–121; *Jähmig*, s. 290, 292, 303, 318; *Heckmann*, s. 152, 210, 396, 405, 555).

⁴ Ulryk Zenger, kompan wielkiego marszałka 1397–1401, wójt sambijski 1403–1404, komtur klajpedzki 1404–1410, komtur brandenburski (pokarmiński) 1410–1412, komtur bangijski 1412–1418, komtur toruński 1418–1420, komtur tucholski 1420–1421, wielki marszałek 1422, rybicki pucci 1423–1441 (*Jähmig*, s. 296, 293, 298, 305, 315; *Heckmann*, s. 210, 212, 228, 255, 289, 329, 402, 472, 477, 615).

⁵ Zofia, żona księcia słupskiego Bogusława VIII, córka hrabiego holsztyńskiego Henryka Żelaznego, zm. 1448 (E. Rymar, *Rodowód książąt pomorskich*, t. 2, Szczecin 2005, s. 40, 41).

⁶ Tj. Sander von Machwitz, komtur domowy elbląski 1412, wójt nowomarchijski 1413–1420, komtur domowy bałgijski po 1420 (*Jähmig*, s. 319; *Heckmann*, s. 232, 396, 561).

⁷ Brześć Kujawski, miasto, gmina loco, powiat włocławski, woj. kujawsko-pomorskie.

⁸ Wojciech Jastrzębiec, biskup poznański 1399–1412, kanclerz Królestwa Polskiego 1412–1423, biskup krakowski 1412–1423, arcybiskup gnieźnieński 1423–1436, zm. 1436 (*KrzyżaniakowaKancelaria*, s. 51–62; G. Lichończak-Nurek, *Wojciech herbu Jastrzębiec arcybiskup i mąż stanu [ok. 1362–1436]*, Kraków 1996; *Wojciech Jastrzębiec w służbie monarchii i Kościoła*, red. B. Czwojdrak, F. Kiryk, J. Sperka, Katowice 2018).

⁹ Tj. Zbigniew z Brzezia h. Zadora, marszałek Królestwa Polskiego 1399–1425, starosta lelowski 1408, starosta krakowski 1409–1410, starosta toruński 1410–1411, starosta dobrzyński 1410–1413 (PSB 16, s. 457, 458; UM, s. 288, 324; UC, s. 78, 160; UKD, s. 294, 295, 301, 302; S. Cynarski, *Dzieje rodu Lanckorońskich z Brzezia od XIV do XVIII wieku, Sprawy kariery urzędniczej i awansu majątkowego*, Warszawa 1986, wg indeksu).

¹⁰ Lubicz (niem. Leibitsch), nadgraniczny folwark krzyżacki na terenie komturstwa toruńskiego położony nad Drwęcą z przeprawą mostową, znajdowały się w nim młyny i cegielnia, obecnie wieś Lubicz Dolny, gmina Lubicz, powiatu toruński, woj. kujawsko-pomorskie.